

IOANNES DE SACROBUSTO.



IOannes ille (ut Volaterranus libro uigesimopri
mo Anthropol. testatur) natione Germanus e-
xitit. Is à teneris annis operam literis dedit, atque
foelicí ingenio præditus in uirum doctissimum e-
uasit. Quamprimum uero literarum fundamenta
percepisset, Lutetiā profectus, ibidem Mathema-
ticas disciplinas magno auditorum concurso do-
cuit, atq; apud omnes magnam eruditionis existi-
mationem impetrauit, anno Christi circiter millesi-
mo ducentesimo tricesimo. Aedidit etiam ibidem
tractatum de Sphæra, qui etiamnum passim à Ma-
thematis carum disciplinarum studiosis in manibus
teritur. Cum hoc modo diu magna gloria ibidem

bonas literas professus esset, tandem anno millesimo ducentesimo tricesimo
sesto moritur, & Lutetiæ in Maturinorum monasterio sepelitur, ubi indies
celebris uniuersitatis conuentus haberi solet. Sepulchrū eius postea propter
æternam eius memoriam Academiæ proceres renouarunt, atq; Spheram se-
pulchrali lapidi insculpsérūt, cum hac inscriptione: Hic conditus est Ioannes
de Sacrobusto. Volat. Anon.